

*naturam.* Hoc itaq; significatu homines jure naturali æquales & liberi dicuntur l. 4. π. de J. & J. l. 32. π. de R. J. voce scil. libertatis καὶ σέγνω non καὶ ἐνασπίοτητα acceptâ, h. est. ut naturâ servus sit, non autem ut jus habeat, nè naquam serviat, quo sensu nemo ita liber. est, V. Grot. de J. B. & P. lib. 2. c. 22. n. 11. & lib. 3. c. 7. n. 1. Leonh. Less. de J. & J. lib. 2. c. 4. dub. 9.

*Causa servi-  
tutis inducti-  
va*

XI. Causam autem, quâ Gentes ad inducendam servitutem motæ aut compulsæ, Imperator in §. 3. b. t. & Florentinus in l. 4. §. 2. π. de stat. hom. eam ponunt, quod humanitati & clementiæ conveniens sit, servare eos, quos occidere permissam. Præprimis, quod victori ex servitute ingens accesserit utilitas, dam omne commodum ex operis eorundem, & quicquid aliunde illis accedit, ad eos spectat; quod si verò occisi fuerint omne futurum cum ipsis intervertitur lucrum. Sed verò prætextum & colorem hanc vocat rationem Bachov. ad Treutl. v. 1. disp. 2. th. 2. verb. recta enim ratio quod captos & se dedentes accedentes vix ulterius occidere liceat. Illius enim vitæ parcendum à quò nullum amplius metuitur vitæ periculum, & cujus ita cœcitate est voluntas, ut damnum dare posthac nequeat. H. Grot. de J. B. & P. lib. 3. c. 11. n. 16. ibiq; Dn. Zigl. Alziatus ad l. 239. π. de V. S. Fr. Connanus quoq; comm. jur. civ. lib. 2 c. 2. n. 4. eam ὡς πρὸς ἤτορα παρὰ νόμον, i. e. tanquam Oratorem iniquæ rogationis & legibus antiquis & patriis contrariis accensat. Nam si quos servire, inquit, expetit, eos oportet, quos natura servitio dignos procreat, non quos belli fortuna in eum casum adduxit ut vincerentur. Tentanda tamen defensio Justiniani nostri. Fortè enim de illis captivis qui se dedere noluerunt, sed pertinaciter resistentes in ipsò præliò luperati & capti sunt, intelligendus; aut casus habilis præsupponendus, quò servitia hostis in captivos exerceri solita cœrceri aliâ ratione & compesci non potest, quàm simili servitiâ, aut deniq; Imperatorem non ad jus sed factum crudelitatem scil. à Victoribus ut plurimum exercitam respexisse dicendum. Alziatus d. l. Ludwel. h. §. Da. Struv. synt. jur. civ. ex. 3. th. 16. Retineri itaq; poterit simul Justiniani derivatio rem magis quàm vocem respiciens & rejici vicissim Bachovii h. §. & A. Fabr. Jurispr. Pap. tit. 3. pr. 1. à serviendò servos deducendum; nam mercenarii, quibus hodiè utimur licet serviant seu servitia præstent, ea propterea tamen servi non sunt dicendi. Zœl. comm. ad Dig. de stat. hom. n. 3. Hahn. ad Wesenb. eod. n. 4. in verb. contra naturam.

*Ad §. III.*

XII.